

menta in ipso numo concipiuntur, rem
sanè sistemus; nec præterea, quid considera-
re liceat, quo tractatus absolutior evadat, me-
ditanti occurrere potuit. Nunc ad argumen-
tum.

Diffinitio I.

Rem pecuniariam intelligo, omnem pe-
cuniam, quæ per commercium in ali-
qua Regione, instar sanguinis in ve-
nas, distribuitur, quæque per purum argen-
tum æstimationem habeat juxtà internum va-
lorem, habita ratione auri ad argentum, quæ
plerumque fixa est.

Diffinitio II.

Internus numerorum valor, est metalli
puri, quod ipsis inest, vulgò per alios
numos reales, vel ideales, æstimatio:
hunc quodammodo sequitur augmentum mo-
netarum; etenim externo valore (de quo
mox) per opinionem adaucto, necesse est